UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Veri & Pii Sacerdotis Idea Seu Vita R. D. Iacobi Merlo-Horstii, Pastoris B. Mariæ Virginis In Pascvlo Coloniæ, SS. Theol. Licent.

Crombach, Hermann

Coloniæ, 1645

Ante labores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14591

Visual Library

CAPVT XV.

Puritas intentionis in operibus.

TRes fines operibus ſuis, manè pro die toto, iterum cùm opus inchoandum eſſet, præfigebat Maiorem Dei gloriam, propriam & proximorum ſalutem. Ad primam verbis Apoſtoli ſe inflammabat inſcriptis Breuiario Colonienſi: *Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Et illud: *Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.* *1. Cor. 10.* *Coloſſ. 3.*

Manè varijs precibus opera ſua, cogitata, verbaq; Deo conſecrabat, poſtea ſingulis ferè diuerſis operibus aptas & proprias orationes præmittebat, nonnullas ſparſim varijs in capitulis attuli, vel adferam.

Ante labores.

[O dulciſſime IESV, in vnione omnium laborum & ſudorum tuorum, & in vnione charitatis tuæ, qua pro nobis tot labores ſuſcepiſti, & triginta tribus annis toleraſti, offero tibi labores & omnia opera mea, præſertim hoc N. &c.